This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06934528 2

Digitized by Google

Digitized by Google

DPZ
Notre Dame

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RECUEIL

DE

CHARTES ET PIÈCES

RELATIVES

AU PRIEURÉ N. D. DES MOULINEAUX,

MEMBRE DÉPENDANT DU PRIEURÉ N. D. DE LOUYE-LÈS-DOURDAN, DE L'ORDRE DE GRANDMONT;

ET A LA CHÂTELLENIE DE POIGNY

(ARRONDISSEMENT DE RAMBOUILLET ET ANCIEN DIOCÈSE DE CHARTRES.)

TIRÉES DES ARCHIVES DU DOMAINE DE RAMBOUILLET,

ET PUBLIÉES

PAR AUGUSTE MOUTIÉ,

MEMBRE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE, CORRESPONDANT DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE.

PARIS,

TYPOGRAPHIE DE FIRMIN DIDOT FRÈRES,

IMPRIMEURS DE L'INSTITUT DE FRANCE,

RUE JACOB, N° 56.

1846.

Digitized by Google

RECUEIL

DE

CHARTES ET PIÈCES

RELATIVES

A L'ARRONDISSEMENT DE RAMBOUILLET;

PUBLIÉ PAR LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE DE RAMBOUILLET.

Digitized by Google

Digitized by Google

RECUEIL

DE

CHARTES ET PIÈCES

RELATIVES

Natre Dame

AU PRIEURÉ N. D. DES MOULINEAUX,

MEMBRE DÉPENDANT DU PRIEURÉ N. D. DE LOUYE-LÈS-DOURDAN, DE L'ORDRE DE GRANDMONT;

ET A LA CHÂTELLENIE DE POIGNY

(ARRONDISSEMENT DE RAMBOUILLET ET ANCIEN DIOCÈSE DE CHARTRES.)

TIRÉES DES ARCHIVES DU DOMAINE DE RAMBOUILLET,

ET PUBLIÉES

PAR AUGUSTE MOUTIÉ,

MEMBRE DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE, CORRESPONDANT DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE.

PARIS,

TYPOGRAPHIE DE FIRMIN DIDOT FRÈRES,

IMPRIMEURS DE L'INSTITUT DE FRANCE,

RUE JACOB, N° 56.

1846.

Digitized by Google

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
783499A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1936 L

Printed in France.

Digitized by Google

RECUEIL

DE

CHARTES ET PIÈCES

RELATIVES

AU PRIEURÉ N. D. DES MOULINEAUX.

I.

Ratification par l'abbé de Marmoutiers, des donations faites par le roi Louis VII et Simon III de Montfort, comte d'Évreux, aux religieux des Moulineaux.

(Sans date.)

« Nouerit presens etas et successorum secutura posteritas quod ego Robertus Dei gratia maioris monasterij abbas consensu pariter et ascenssu tocius capituli nostri concedentibus etiam fratribus nostris de Sparnone [1] deuota et alacri uoluntate dedi et concessi domino et benefactori nostro scilicet Ebroicensi comiti Simoni libere. quiete. et pacifice. et absque ulla contradictione nemus mortuum et quicquid iuris habemus citrà Molinduellum [2] infrà ambitum fratrum de Grandimonte [3] ibi de donacione et helemosina domini Ludouici illustris regis Francorum quod uterque dominus videlicet rex et dictus comes Simon eisdem fratribus dederunt in perpetuam helemosinam et concesserunt libere ad vtendum pacifice in cunctis necessariis sine sui uel suorum questione. calumpnia. uel querela. Quitauimus etiam ad instanciam dicti comitis de ascenssu et uoluntate dicti capituli et fratrum de Sparnone predictorum quicquid juris habemus si quid habemus in quodam homine quem perpetuo ac successiue dictus comes dedit in helemo-

Digitized by Google

IV.

Guy d'Auneau confirme les donations faites par Jocelin son père, et convertit l'une de ces donations.

(1195.)

« Saluberrimum quidem est homini et omnino perutile de his que in presentiarum iuste et rationabiliter possidet amicos sibi facere pauperes xpi. ea uidelicet spe remunerationis. ut cum ipse defecerit. recipiant eum in eterna tabernacula. Huius rei consideratione ego Guido dominus Alneolj notum facio presentibus et futuris quod Jocelinus pater meus dedit in elemosinam pro anima sua et parentum suorum concedente uxore sua et filiis suis. fratribus de Grandimonte qui sunt in Molinello. quatuor modios frumentj. et duos auene in decima de Alneolo. de primo frumento quod inde habebitur. antequam ipse dominus Alneoli quicquam ibi accipiat. et minutas decimas eiusdem castelli. ea conditione quod dominus castelli reddet synodum singulis annis. de censibus qui sunt ad festum sci Remigii. Dedit etiam eisdem fratribus duos modios frumenti. et duos auene ad Uoisiam [1] in una masura tali pacto. quod si pretaxata annona de masura non poterit colligi : dominus de Uoisia semper quod deerit de proprio horreo suo supplebit. In pedagio quoque de Abluis [2] dedit eisdem fratribus quadraginta solidos ad uinum emendum de primis nummis qui in eo sumentur. siue ad firmam. siue ad commandam pedagium detur. Et quia predicti fratres nullius possessionis procuratione claustrum suum exire sinuntur : ad prefatos redditus colligendos. et ad cetera negotia sua peragenda. dedit eis duos homines immunes ab omni consuetudine. unum ad Alneolum et unum ad Voisiam. quos in eisdem castellis predicti fratres ad libitum suum eligent. et quotiens eis libuerit mutabunt eos. et alios quos uoluerint ibidem accipient. Ego uero tam sacram patris mei donationem pro me et pro heredibus meis sigilli mei muminine confirmo. Sic tamen quod spontanea uoluntate predictorum fratrum commutaui eis predictos quadraginta solidos ne capient eos

Digitized by Google

amplius in pedagio Abluiarum. Sed pro illis capient singulis annis quadraginta solidos in censu Alneoli qui redditur ad festum sci Remigii. Hec commutatio et confirmatio facta est concedentibus Ysabella uxore mea. et Thescelina matre mea. et fratribus meis. Gaufrido. Johanne. Guillelmo. Theobaldo. presentibus fratribus de Grandimonte. Guillelmo Grimoardj. Bernardo Josbertj. Seuino de Antuis. Huius rei testes sunt. Seuinus Gorloem. Guido Martini. Magister Landericus de Guillinis. Galterius Margunde iuuenis Galfridus de Abluis. Andreas de Vneniuilla [3]. Precor etiam illustres uiros quorum sigillorum munimina presens continet pagina. Reginaldum carnotensis ecclesie episcopum. Ludouicum comitem blesensem [4]. Galiciam comitissam blesensem. Simonem dominum de Monte fortj [5]. ut hanc confirmationem et commutationem garantizare manucapiant : si hoc forte quod absit infirmare presumpsero. uel garantizare non suffecero. Actum anno verbi incarnati : M°. C°. nonagesimo. quinto. »

(Les cinq sceaux manquent : il ne reste plus que trois lacs de soie verte et rouge.)

[1] *Ad Uoisiam.* — Voise, arrondissement et à 18 kilomètres de Chartres, canton d'Auneau.

[2] *Abluis.* — Ablis, commune du canton sud de Dourdan, Seine-et-Oise.

[3] *Uneniuilla.* — Aunainville (la chapelle d') à 24 kilomètres de Chartres, canton d'Auneau, Eure-et-Loir.

[4] *Blesensem.* — De Blois.

[5] *Monteforti.* — Montfort l'Amaury, S. et O.

V.

Vidimus des lettres précédentes par le prévôt de Paris.

(6 août 1444.)

« A tous ceulx qui ces présentes lettres verront Ambroise seigneur de Loye baron diury cheuallier conseiller chambellan du Roy nostre sire et garde de la preuosté de Paris salut Sauoir faisons que nous l'an de grace mil c. c. c. c. quarante et quatre le jeudj sixiesme jour du

Digitized by Google

mois daoust veismes unes lettres escriptes en parchemin seellées comme il apparoit de cinq seaulx en cire verte sur lapz de soye verte et rouge desquelles lettres la teneur ensuit. Saluberrimum..... Et nous à ce présent vidimus ou transcript en tesmoing de ce auons mis le seel de la préuosté de Paris l'an et jour premiers dessus ditz. »

Signé sous le reply Renard.

Sur le reply. collacion faicte.

(Double queue de parchemin avec fragment de cire verte.)

VI.

Confirmation par Regnault, évêque de Chartres, des donations contenues dans la charte IV.

(1195.)

« R.... dei gratia carnotensis episcopus vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino. Notum facimus vniuersis quod in nostra presentia constitutus Guido dominus Auneoli[1] recognouit quod Jocellinus pater suus quondam dominus Auneoli dederat et concesserat in puram et perpetuam elemosinam fratribus de Molinellis grandimontensis ordinis in decima sua de Auneolo quatuor modios frumenti de primo frumento quod inde habebitur et duos modios auene et etiam minutas decimas eiusdem castelli et nos ad petitionem predicti Guidonis de consilio et assensu decani et capituli nostri carnotensis et de assensu et uoluntate presbiteri de Auneolo predictam elemosinam et donationem sicut superius est expressum laudauimus et concessimus predictis fratribus in perpetuum possidendum. Datum anno Domini. M°. C°. nonagesimo quinto. »

(Lac de soie verte sans sceau.)

Au dos est écrit. M. de la disme d'Auneau, videlicet de iiij. modiis frumenti et duobus auene et minutis decimis.

[1] *Auneoli*, variante d'*Alneoli*. Auneau.

Digitized by Google

VII.

Don fait aux frères des Moulineaux par Guy de Chevreuse, des droits qu'il avait sur Lambert de la Fontaine et sur sa maison.

(1201.)

« Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Guido dominus Cabrosie [1] pro salute anime mee et antecessorum meorum de assensu Aueline uxoris mee ius et dominium quod habui in Lamberto de Fonte transtuli in fratres Grandismontis qui manent as Molineaus ita quod erit immunis ab omni exactione sicut tallia et ceteris consuetudinibus tam ipse quam posteritas heredum eius qui in domo in qua ipse manet de cetero manebunt. quod ut ratum habeatur sigilli nostri impressione firmamus. Huius rei testes sunt. Symon de Monte forti. Matheus de Marleio [2]. Actum est hoc anno ab incarnatione domini M°. C°. C°. I°. »

Sur lac de soie verte et rouge, sceau de cire verte, représentant un cavalier armé, avec cette legende + SIGILLVM. GVIDONIS DE CHEBROSIA.

[1] *Cabrosie* et sur le sceau *Chebrosia*. — Chevreuse, chef-lieu de canton de l'arrondissement de Rambouillet.

[2] *Marleio*. — Marly, arrondissement de Versailles.

VIII.

Échange entre l'abbé de Coulombs et les frères des Moulineaux de trente-six arpents de bois contre la sixième partie de la dîme que les frères avaient à Faverolles.

(1202.)

« Th. dei gratia Columbensis [1] abbas. totus que eiusdem ecclesie conuentus. Omnibus ad quos presens scriptum peruenerit : in domino salutem. Compositionem que facta est inter nos et Willelmum Grimoaldi curam agentem de Molinellis et fratres eiusdem locj uestre no-

Digitized by Google

tam facimus uniuersitati. est autem hec compositio. Nos monachi Columbenses unanimi uolontate dedimus domuj de Molinellis et fratribus deo inibi seruientibus trigenta sex arpentos terre. in nemore nostro Carmeie[2]: ad perticam sancte Marie Carnotensis. liberos et quietos omnino. etiam a famulo nostro ad quem spectat maioria illius terre: exceptis duabus partibus decime que sunt presbiteri de Faberoliis et Symonis de Ullin[3]. In recompensatione autem huius beneficij: prefatus Willelmus et dicti fratres de Molinellis uolente et concedente uenerabili A. Grandimontensis priore: dederunt nobis quicquid ipsi habebant in decima parrochie de Faberoliis[4]. tam in bosco quam in plano. scilicet sextam partem totalis decime. Quod ut in posterum stabile firmum que permaneat: presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roborauimus. Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo secundo: »

Est écrit au dos: La disme de Faveroles.

[1] *Columbensis.* — De Coulombs. Cette abbaye était située dans la commune du même nom, où on en voit encore quelques vestiges, canton et près de Nogent-le-Roi. (Eure-et-Loir.)

[2] *Carmeie.* — La Charmoie, bois de l'ancienne châtellenie d'Épernon.

[3] *Symonis de Ullin.* — Peut-être doit-on lire Ullerin.

[4] *Faberoliis.* — Faverolles, commune du canton de Nogent-le-Roi.

IX.

Donation par Simon IV de Montfort aux frères des Moulineaux, d'une hostise à Épernon, du bourgeois qui l'habite et de ses successeurs, pour le service de leur couvent.

(1209.)

« Sciant omnes tam presentes quam futuri: Quod Ego Symon dominus Montis fortis quitaui et concessi fratribus de Grandimonte manentibus in loco qui uocatur Molinellus quemdam burgensem in castello Sparnonis ad seruitia dictorum fratrum legitime facienda. Uidelicet Arnulfum de Porta et heredem illius cum hostisia in qua manebat ipse Arnulfus. et omnes illos qui in dicta hostisia de cetero manebunt. libe-

Digitized by Google

ros et immunes per totam terram meam. de tallia et coruada. exercitu. chauguete. tam a clausura uille quam ab omnibus exactionibus cuiuscumque generis sint mihi uel heredibus meis pertinentibus. et ut stabile perpetuo perseueret : presentem cartam sigilli mei duxi munimine conseruuandam. Anno ab incarnatione domini. M°. c° c°. nono. — »

X.

Donation par Pierre de Maule, d'une hostise à Maule et de l'hôte qui l'habite.

(1209.)

« Uniuersis presentes litteras inspecturis Petrus de Maulia[1] salutem. Vniuersitati vestre notum facio quod ego de assensu et voluntate Rogerii filii mei dedi et concessi in puram et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et fratribus Grandimontensis ordinis in domo de Molinellis commorantibus vnam hostisiam apud Mauliam liberam et immunem ab omnibus coustumis et exactionibus michi vel successoribus meis pertinentibus Ita quod omnes illi qui de cetero in dicta hostisia manebunt erunt Homines predictorum fratrum ad seruitia sua legitime facienda. Et si forte defecerint possessores dicte hostisie in prenominatis seruitiis legitime faciendis primi dicti fratres habebunt recursum ad prenotatam hostisiam tanquam domini. Huius facte donationis et concessionis. Testes sunt. Hubertus de Rosei[2]. Hubertus Cheurel. Petrus Cheurel. Guillelmus de Ponte. Robertus Radel. Petrus de Marolio[3]. Petrus de Basemonte[4]. Radulphus de Constanciis. Guillelmus Pernus. Anno domini millesimo ducentesimo nono. »

(Le lacs et le sceau manquent.)

[1] *Maulia.* — Maule sur Maudre, bourg du département de Seine-et-Oise, arrondissement de Versailles, canton de Meulan.

[2] *Rosei.* — Nous semble être Rozay, arrondissement et à 16 kilomètres de Mantes, avec un ancien château entouré de fossés taillés dans le roc, sur le rû de Vaucouleurs.

[3] *Marolio.* — Mareil-sur-Maudre, commune à 2 kilomètres sud-ouest de Maule, canton de Meulan.

[4] *Basemonte.* — Basemont, près de Maule.

Digitized by Google

XI.

Vidimus de la charte x fait au bailliage de Dourdan.

(23 avril 1407.)

« A tous ceulx qui ces presentes lettres verront Jumen Lefeure licencié en lois Bailly de Dourdan salut. Sauoir faisons que l'an de grâce mil qnatre cens et sept le samedj xxiiie jour ou mois d'auril Symon Bonnet clerc tabellion juré de l'escripture dicelluj lieu nous rapporta qu'il vit tint leut de mot à mot et diligemment visita et regarda unes lettres en parchemin sellées en la de soye blanche et en cire jaune saines et entières en seel et en escripture et qui auoit en l'emprainte du seel lymage d'un homme à cheual desquelles la teneur ensuit.

Universis..... Petrus de Maulia. » etc.

Et en tesmoing de ce nous à la relacion dudit juré auons fait seeller ces lettres du seel de la preuosté de Dourdan par Jehan Poncelet notre lieutenant garde dicellui. Ce fut fait et donné l'an et jour premiers diz. »

BONNET.

XII.

Priviléges accordés à l'ordre de Grandmont par le pape Honorius III.

(1221.)

Vidimus de 1425, de la prévôté de Paris.

« A tous ceulx qui ces presentes lettres verront Symon Morhier chealier seigneur de Villers[1] conseiller du Roy nostre sire et garde de la preuosté de Paris salut Savoir faisons que nous l'an de grace mil quatre cens vingt cinq le samedi xxvij[e] jour du mois de januier veisme unes lettres de Gaultier euesque de Chartres scellées de son scel en las de soye dont la teneur sensuit. Galterius diuina permissione Carnotensis

Digitized by Google

episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Nouerint uniuersi tam presentes quam posteri quod nos autenticum domini pape ad preces fratrum Grandimontis ordinis propriis oculis diligenter inspeximus sub hac forma. Honorius episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis priori et fratribus Grandimontis salutem et apostolicam benedictionem ex parte uestra fuit nobis humiliter supplicatum vt cum multi per generalem clausulam que nostris litteris inferi consueuit, vos faciant maliciose citari ut à vobis redimentibus molestias legitime valeant aliquid extorquere contra ipsorum maliciam vobis et ordini vestro prouidere misericorditer dignaremur. volentes ergo ipsorum obuiare malicie ac vestre quieti paterna solicitudine apostolica auctoritate vobis paterne indulgemus vt nec vos nec alii fratres ordinis vestri conuenire possitis per litteras apostolicas siue maiorias nisi de ordine ipso fecerint mencionem nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lateranum xvi kl. junii pontificatus nostri anno quinto. Et nous à ce présent transcript en tesmoing de ce auons mis le scel de la dicte preuosté de Paris l'an et jour premiers dessus dictz. »

DESCHAMPS.

Au dos est écrit : Collacion faicte des priuilèges de Grandmont par le préuost de Paris, bulles quam fratres non possunt citari per Rescriptum apostolicum nisi expresso teneatur in Rescripto.

[1] *Villers :* Villiers-le-Morhiers, Eure-et-Loir, arrondissement et à 20 kilomètres de Dreux.

Digitized by Google

XIII.

Transaction par laquelle Amaury de Montfort assigne aux religieux des Moulineaux, à certaines conditions, tout le fonds des bois qui sont au dedans des fossés des Moulineaux ; amortissement de ces biens ; spécification des droits de la justice seigneuriale et de la justice monacale *.

(Mai 1222.)

« Amalricus diuina miseratione Dux Narbone. Comes Tolose. et dominus Montisfortis. Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis : salutem in domino sempiternam. Nouerit universitas uestra : quod cum esset contentio inter nos ex una parte. et fratres Molinelli Grandimontis ordinis ex altera. super nemoribus de Molinellis que intra antiqua fossata continentur. tandem amicabilis compositio facta est inter nos in hunc modum.. Videlicet quod totum nemus quod est intra fossata proximiora domui de Molinellis. scilicet intrà paruam clausuram cum uia et introitu. et nemore quod est in uia. sicut se comportant fossata. remanet in perpetuum iure dominij possidendum fratribus de Molinellis quitum omnino et liberum absque ulla retentione. ad faciendam totam uoluntatem suam. Aliud uero nemus quod intra antiqua fossata et antiquam uiam que uadit juxta muros exteriores ex una parte continetur. uendetur et totum precium assignabitur nobis. exceptis Mille libris parisiensium. quas ex illa uenditione recipient pro domo sua fratres eiusdem domus. fiet autem uenditio in hunc modum. quod totum nemus prenominatum illud uidelicet quod est extrà clausuram uendetur. et deliberabitur ab instanti festo Natiuitatis beati Joannis Baptiste infrà quinque annos : et incipient incidere. ac primo deliberabunt nemus in circuitu propinquius parue clausure. et ad unam manum per ordinem incident. et quod incident quam citius poterunt, deliberabunt. Nos uero tenemur procurare bona fide quod nichil fiet in nemore. nec a carbonariis nec ab aliis. per quod debita crescentia nemoris impediatur. sicut solemus in nostris nemoribus propriis procurare. Emptores autem nemoris tenebuntur soluere singulis annis dictis

Digitized by Google

fratribus Molinelli ducentas libras parisiensium. Centum uidelicet in festo Purificationis beate Marie. et centum alias in festo Natiuitatis beati Joannis Baptiste. et ita deinceps soluent singulis annis ducentas libras usque ad plenam predictarum Mille librarum solutionem : et si infrà breuius tempus emptores totum nemus deliberarent. tenerentur statim soluere dictis fratribus totum residuum Mille librarum. Et quotienscumque deficerent emptores in predictis solutionibus iam dictis fratribus faciendis. nos tenemur supplere. Totum autem nemus predictum tam minoris quam maioris clausure cum toto fundo et dominio terre: et omnibus que intra utriusque clausure ambitum continentur. excepta hac prima et predicta uenditione remanet predictis fratribus totum quitum et liberum ad faciendam totam uoluntatem suam. Uidelicet uendere. dare. extirpare. ad agriculturam redigere. nemus nutrire. uel quicquid aliud facere. et quandocumque. et quotienscumque. et quibuscumque uoluerint. Neque nos. neque domini Montisfortis. nec heredes. aut in ius eorum succedentes : « gardam uel » griariam uel aliud ius illic poterimus reclamare. « Preter iustitiam sanguinis multrj. homi- « cidij. latrocinij. et raptus. quod est feminis uis illata. qui ad nos per- « tinent pleno iure. Si uero seruientes. et familia predictorum fratrum « uel illi qui ab illis propter sua opera facienda uel mercede. uel pro « deo ex parte ipsorum in predicto nemore constitutj rixando inter se « inuicem percusserint uel alter alterum uulnerauerit : uel eis san- « guinem fecerit. Nos uel heredes nostrj uel successores in predictis ho- « minibus nullam iusticiam uel emendam propter hoc exigemus. nisi « tantum pro cultello. uel pro mahennio. uel pro morte. Si uero ali- « quis predictum nemus uel per uiolentiam. uel per furtum secuerit « uel portauerit. uel dampnum fecerit in uineis. bladis. uel ortis. uel « aliis culturis eorum. uel in ipsorum stagnis piscatus fuerit tota emenda « erit predictorum fratrum. nec nos uel heredes. siue successores nostrj « aliquid de emenda huiusmodj requiremus. Ecclesiam autem ipsorum « et domos et totum locum qui continetur infrà ambitum parue clau- « sure uolumus eadem libertate gaudere qua ecclesie. et alia loca religiosa « gaudere noscuntur. et nos et heredes nostrj eamdem libertatem con- cedimus. et custodiemus pacifice et quiete. » Concessum est tamen a dictis fratribus quod dominus Montisfortis qui pro tempore fuerit.

Digitized by Google

et heredes Montisfortis in eo nemore libere uenarj poterunt sicut fecerunt eorum antecessores. Dominium uero uel si quid iuris nos in dictis nemoribus. et fundo terre libere et spontanea uolontate quitauimus. et de garantia. et defensione tocius predicti nemoris et fundi terre facienda. tenemur nos et heredes nostri contra omnes homines et feminas. Predicta uero omnia laudauerunt et approbauerunt. et de garantia contra omnes homines et feminas. ferenda fidem dederunt Symon. et Robertus fratres mej. et sorores mee. De hac uero compositione firmiter tenenda. et garantizanda inperpetuum debemus procurare ex expensis propriis. et tradere dictis fratribus litteras domini Regis. litteras Senonensis archiepiscopi. et litteras carnotensis episcopi sub predicta forma. et donec dederimus omnes nominatas litteras nichil incidetur ex parte nostra in toto nemore. uel exinde asportabitur. Actum anno domini. Millesimo. Ducentesi — mo — vice — simo — Secundo — men — se — Mai — O. »

* Il existe dans la collection des chartes des Moulineaux deux autres exemplaires originaux de ces lettres; mais ils en diffèrent en ce qu'ils ne contiennent pas la spécification des droits seigneuriaux et monacaux que nous avons renfermés dans des guillemets. Une lettre de *vidimus*, faite en 1388 à la prévôté de Dourdan, reproduit cette pièce telle que nous la donnons d'après l'original. Quant aux lettres du roi et des évêques, nous ne les avons pas retrouvées.

XIV.

Le chapitre et Hugues, abbé de Marmoutiers, confirment les donations faites aux frères de Grandmont par le roi Louis VII, le comte d'Évreux et l'abbé Robert.

(1225.)

« Fratres Capituli Maioris monasterij et frater Hugo Dei gratia eorum humilis abbas : omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino. Nouerint vniuersi quod cum nobis plene constiterit quod dederit venerabilis pater Robertus quondam abbas Maioris monasterij Nobili viro Simoni Comiti Ebroicensi nemus mortuum et quicquid juris habebat ecclesia nostra et prioratus noster de Sparnone circa Molenduel-

Digitized by Google

lum infra ambitum fratrum de Grandimonte quod Lodouicus Illustris rex Francorum et prefatus Comes eisdem fratribus contulerant Nos prefatum donum dicti Roberti perpetuo aprobamus. Quia uero temporibus retroactis orta fuit aliquotiens materia questionis inter priorem nostrum de Sparnone et fratres ante dictos super quibusdam costumis quas dictus prior petebat ab homine ipsorum de Sparnone. Nos ad preces bonorum et Ecclesie nostre amicorum ea omnia in quibus dictus homo nobis et prioratui nostro de Sparnone tenetur si tamen tēnetur in aliquo predictis fratribus Grandimontis perpetuo quitamus. In cuius rei testimonium presentem cartam sigillorum nostrorum munimine Confirmamus. Actum anno gratie millesino c. c° vicesimo quinto.

XV.

Ratification par le seigneur de Poigny, de diverses donations faites aux frères des Moulineaux, de terres situées dans la seigneurie de Poigny.

(1227.)

« Ego Johannes de Roboretto miles notum facio uniuersis presentibus pariter et futuris quod Nicholaus Pagani de Pogniis[1] dedit et concessit in perpetuam helemosinam fratribus de Molinello grandimontensis ordinis terram suam sitam inter terram Germondi Corbereii. et terram Johannis Cornoualle et terram Roberti Pagani et terram Martini Carpentarij. et ortum suum situm inter ortum Hersendis sororis sue et ortum Roberti Pagani fratris dicti Nicholai iuxta uiam et pratum suum situm inter duo prata Hugonis Pagani et ortum Guiberti et unum alium pratum situm inter pratum Hugonis Pagani et pratum Johannis Cornoualle. Istas uero elemosinas laudauerunt pariter et concesserunt dictus Hugo Pagani et Robertus frater eius. Simon autem maior de Pogniis et Johannes frater eius dederunt et quitauerunt dictis fratribus quicquid juris et dominij habebant in omnibus rebus superiùs nominatis. Prenotatas autem elemosinas et donationes Ego Johannes de Roboretto miles dominus rerum predictarum et dominus de Pogniis ratas habui uolui et concessi. preterea dedi dictis fratribus laudaui pariter et

Digitized by Google

concessi ea omnia que quocunque titulo seu quocunque iure poterunt de cetero acquirere in dominio meo et sub iuridictione mea sine molestacione alicuius inferenda. retentis tamen mihi et heredibus meis ventis census campi parte nichil aliud iuris et dominii in rebus sub juridictione mea a dictis fratribus acquisitis et in posterum acquisituris de cetero mihi retinens uel heredibus meis. Ego uero et heredes mei ac successores omnes helemosinas et concessiones predictas ergà omnes dictis fratribus ad meos proprios sumptus tenebimur perpetuo garantizare. Et de omnibus premissis fideliter obseruandis ergà dictos fratres obligo totam terram meam et etiam heredes meos. volens et concedens quod si in aliquo de premissis ego et heredes mei defeceremus temporibus futuris quam episcopus uel officialis Carnotenses qui pro tempore fueerint ullam monicione premissa ad instanciam dictorum fratrum in me et herédes meos. promulgent sentenciam excommunicationis. eamdem ullam tenus relaxantes donec predictis fratribus omnia dampna et deperdita propter dictum defectum habita a me uel heredibus meis eisdem restituantur. de quibus dampnis et deperditis simplici uerbo magistri dicte domus credetur sine alio onere probacionis. Et quatenus ad omnia premissa ego pro me et heredibus ac successoribus meis renuncio expresse omnibus que mihi et heredibus et successoribus meis possent prodesse et dictis fratribus obesse. In cuius rei testimonium supplicaui reuerendo patri G. Dei gratia episcopo carnotensi ut presentibus litteris sigillum suum faceret apponi. et ego similiter easdem litteras sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini M° CC° vicesimo septimo. mense aprili. »

(Les sceaux manquent; le second appendait sur quadruple lacs de soie rouge et blanche.)

Est écrit au dos : M. Poignis.

Et : littera multarum terrarum et pratorum de Molinellis a Pouny.

[1] *Poguiis.*—Pougny ou Poigny, ancienne châtellenie qui relevait de la vicomté de Paris : aujourd'hui c'est une commune du canton de Rambouillet. La maison des Moulineaux était assise dans la paroisse et proche du château de Poigny.

Digitized by Google

XVI.

Don fait aux frères des Moulineaux, d'une dîme à Hanches.

(1228.)

« Vniuersis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis. Th. dei gratia Rothomagensis archiepiscopus salutem in domino. Nouerit uniuersitas uestra quod constituta coram nobis in iure in curia nostra Cecilia uxor Hugonis de Rengellon de assensu et uoluntate eiusdem Hugonis mariti sui concessit fratribus Grandimontis de Molinellis. et etiam ratam habuit et firmam donationem decime de Aanchi[1] in blado et uino quam Symon de Insula[2] frater eius caritatis intuitu fecerat fratribus ante dictis. Jurauerunt insuper dicta mulier et maritus eius se in dicta decima nichil de cetero reclamaturos. et quod dictis fratribus et eorum successoribus dictam decimam pro posse suo garantizabunt. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo curie Rothomagensis duximus confirmandum. Datum anno domini M° CC° XX VIII. Die Martis prima ante festum sancti Clementis. »

(Scellé de cire verte sur double queue de parchemin ; petit sceau ogive représentant un évêque assis. La légende manque.)

Au dos est écrit : De Molinellis de henchi de decima.

[1] *Aanchi.* — Hanches, commune entre Épernon et Maintenon, Eure-et-Loir.

[2] *Simon de Insula.* — Simon de l'Isle, nommé dans les aveux d'Épernon. Insula est ici un nom propre d'homme.

Digitized by Google

XVII.

Sentence par Guillaume, évêque de Paris, entre Amaury, comte de Montfort, et les religieux des Moulineaux, touchant les dommages à eux causés par le débordement de l'étang de Guiperreux.

(Juin 1229.)

« Omnibus presentes litteras inspecturis : Guillelmius permissione diuina Parisiensis Ecclesie minister indignus. Odo prior humilis de Alta Brueria [1] et magister G. presbiter sancti Germani Autisiodorensis [2] Parisiensis Eternam in domino salutem. Notum facimus vniuersis quod cum magister et fratres de Molinellis Grandimontis assererent pro aqua stagni [3] nobilis viri Almauricj Comitis Montisfortis quod subtus stagnum de Molinellis [4] fecerat sibi dampna quam plurima irrogata. In hoc scilicet quod aqua stagni comitis trigenta arpenta terre et nemoris et amplius que erant fratrum de Molinellis omnino libera occuparat. In hoc quod molindinum domus quod eis ut dicebant duodecim modios bladi annuatim reddebat per aquam stagni Comitis inutile penitus reddebatur. In hoc quod piscaturam fossatorum que subtus stagnum suum et in terra sua erant. que domuj per annum sex libras uel plus parisiensium ualebat. et piscaturam amiserant anguillarum. In hoc quod aqua stagni comitis calceiam stagni sui pro parte diruerat. dampnum ex suj vicinitate iugiter inferendo. In hoc quod domus propter aquam et stagnum comitis stagna sua excurrere libere non poterant ut solebant. Asserentes insuper sibi et domui sue generalis submersionis nisi aqua stagni comitis sub certa mensura teneretur periculum imminere. Tandem prefati prior. magister et fratres de Molinellis Grandimontis ex una parte et nobilis comes Montisfortis Almaricus ex altera. in nos sub pena centum marcharum compromiserunt super omnibus premissis et dampnis que domuj de Molinellis occasione stagni comitis acciderant uel accidere poterant in futurum. Nos uero super premissis omnibus occulata fide. et per ea que partes coram nobis proponere voluerunt edocti plenius et instructi. partibus per procuratores ad hoc

Digitized by Google

specialiter datos presentibus : et dictum nostrum siue statutum instanter postulantibus. arbitrando dicimus et statuimus : quod nobilis Comes Almauricus pro dampno molendini dictorum fratrum assignet prefatis fratribus sex modios Bladi ad mensuram de Sparnone communis molendinorum suorum de Sparnone in ipsis molendinis predicti comitis de Sparnone annuatim in perpetuum a dictis fratribus hijs terminis percipiendos. ad natale duos modios. ad primam diem Quadragesime duos modios. ad Pascha duos modios. Et si molendina de Sparnone deficerent. in prepositura de Sparnone dictum bladum percipient terminis prenotatis. Molendinarii uero et qui bladum comitis recipient de molendinis iurabunt quod bona fide soluent fratribus bladum. nec de peiorj. nec meliorj. sed de communj ut dictum est. Item pro dampno piscature quam dicti fratres subtus predictum molendinum habebant : assignet idem Comes prefatis fratribus. Centum solidos parisiensium annuij redditus in prepositura sua de Sparnone annuatim in perpetuum ab eisdem fratribus ad Pascha percipiendos. et habendos. et a preposito de Sparnone eodem termino persoluendos. Pro dampno uero terrarum et nemorum predictorum fratrum per aquam stagni dicti comitis occupatorum : assignet idem Comes supradictis fratribus Triginta arpenta nemoris cum terra eiusdem nemoris sicut idem nemus est modo ab eisdem fratribus iuxta exteriorem clausuram vel exteriora fossata dictorum fratrum ubi dicti fratres uoluerint accipienda. et in perpetuum possidenda et habenda sub eadem penitus libertate : sub qua tenent suum nemus situm circà domum suam de Molinellis fratres supra dicti. Dicimus quod memoratus comes faciat reparari propriis expensis calceiam stagni dictorum fratrum sitam inter stagnum prefati comitis et quoddam stagnum dictorum fratrum infra festum sancti Remigij proximo venturum : a parte stagni ipsius Comitis ad arbitrium bonorum virorum in hoc peritorum. et similiter alias quotienscumque necesse fuerit eamdem calceiam idem Comes proprijs sumptibus faciat repararj. Dicimus quod calceia stagni prefati Comitis non possit altius quam modo se comportat eleuari nec aquam stagni ipsius Comitis a parte stagni predictorum fratrum possit ascendere ultra quoddam lignum situm in calceia dictorum fratrum. quod lignum paraturam eiusdem stagni dictorum fratrum dicitur sustinere. à parte predicti stagni Comitis memo-

Digitized by Google

ratj. et ad mensuram illius ligni fient alie mete iuxta stagnum. ut si vna pereat : reliqua inueniatur. Preterea dicimus quod memoratus comes de Triennio in Triennium faciat ita excurrere et euacuare aquam stagni sui ad dictorum fratrum petitionem que fiet in vigilia Septuagesime uel in die ipsius Comiti uel eius seruientibus factam quod ab abunda stagni ipsorum fratrum quinque Tesie stagni ipsius Comitis remaneant in terra sicca donec stagnum dictorum fratrum fuerit episcatum et ille quinque tesie debent esse sicce in crastino Cinerum. et sicce debent permanere usque ad vigiliam Pasche. si uero comes uel eius seruientes hoc ad dictorum fratrum petitionem non fecerent die ad hoc prefixo et etiam nisi incepissent facere seruientes ita tempestiue quod excursus posset esse factus predicto crastino Cinerum : ipsi fratres ex tunc stagnum dicti comitis libere excurrent. prout superius est annotatum. et dampna fratribus restituerentur à comite prout inferius explicatur. Preterea dicimus quod si dictos fratres fortassis dampnificari contingeret propter defectum reparationis dicte calceie ipsorum fratrum ab ipso comite a parte stagni sui faciende. vel quia prefixo et statuto termino per defectum Comitis uel suorum seruientium suum stagnum non possent episcari idem fratres uel super aliquibus de premissis alijs in compromissione ista capitulo seu capitulis per factum. dictum. siue alio quocuumque modo comitis uel suorum ipsos fratres damnificarj contingeret. Idem comes et sui seruientes tenentur resarcire eisdem fratribus omnia dampna et deperdita ad dictum duorum fratrum de Molinellis qui dampna et deperdita iurabunt in animas fratrum illius loci infra octo dies a tempore prestiti sacramenti. Dicimus etiam quod comes de hiis omnibus firmiter tenendis et in perpetuum garantizandis procuret in propriis expensis : quod dominus Rex Francie det litteras et dari faciat fratribus de Molinellis et Reuerendorum patrum Senonensis archiepiscopi et Episcopi Garnotensis confectas sub forma sub qua presentes littere sunt confecte : et idem Comes litteras suas det patentes de Garandia ferenda super premissis omnibus contra omnes homines et feminas et de omnibus seruandis et adimplendis. Prior uero Grandimontensis dabit litteras suas patentes prefato Comiti predictam seriem continentes. Et de ratihabitione super omnibus supra dictis. Actum anno Domini. millesimo, ducentesimo vicesimo. Nono. Mense Ivnio. »

Digitized by Google

Les sceaux appendaient sur trois lacs de soie rouge.

Le sceau de gauche est celui de l'Evêque de Paris, cire verte, forme ogive. L'Evêque debout, la mitre en tête tient sa crosse d'une main et bénit de l'autre. † SIGILL. . . . . SIS. EPIS. . .

Contre-sceau, forme ronde : la Vierge et l'enfant Jésus nimbés. † AVE MARIA GRACIA PLENA.

[1] *Alta Brueria.* — Haute-Bruyère, prieuré de l'ordre de Fonthevrault, dans la commune de Saint-Rémi-l'Honoré, canton de Chevreuse.

[2] *Autisiodorensis.* — Saint-Germain l'Auxerrois, à Paris.

[3] *Stagni.* — L'étang de Guiperreux, dans la commune d'Hermeray, voisin des Moulineaux.

[4] *Stagnum de Molinellis.* — Aujourd'hui l'étang ou chaussée de la Licorne.

XVIII.

Lettres du roi Louis IX portant homologation et confirmation des lettres de l'Évêque de Paris.

(Juillet 1229)

« Ludouicus dei gratia Francorum Rex vniuersis presentes litteras inspecturis salutem. Nouerint nos inspexisse litteras dilecti et fidelis nostri Guillelmii Parisiensis. episcopi. Odonis prioris de Alta Brueria. Et magistri Gerardi presbiteri sancti Germani Altisiodorensis Parisiensis : in hec uerba.

Omnibus presentes. . . . etc.

Actum anno domini. M° CC° vicesimo. nono. mense. Julio.

Nos autem approbantes predictam compositionem ad petitionem partium : sigillum nostrum in testimonium : presenti carte duximus apponendum. Actum apud Montem Argi [1]. »

[1] *Montem Argi.* — Montargis (Loiret).

XIX.

Lettres d'Amaury VII, comte de Montfort, portant confirmation de l'accord fait entre lui et les frères des Moulineaux.

(Juillet 1229.)

« Nos Amalricus comes Montisfortis. et Leync [1]. Notum facimus vniuersis quod cum inter nos ex parte vna. et priorem magistrum et fratres

Digitized by Google

de Molinellis Grandimontenses ex altera. super capitulis inferius comprehensis esset questio suscitata : tandem de bonorum consilio in reverendum patrem Willelmium Parisiensem episcopum et venerabiles viros. Priorem de Alta Brueria et magistrum Gerardum presbiterum sancti Germani Altisiodorensis Parisiensis vtrimque : sub pena centum marcharum compromissimus. qui dictum suum et statutum pertulerunt in hunc modum.

Omnibus presentes litteras inspecturis Guillelmius. . . . etc. Nos uero omnia que superius sunt premissa rata habemus et firma et approbamus. promittentes quod ea seruabimus perpetuo bona fide garentizabimus et defendemus contra omnes et faciemus per integrum adimpleri. Quod ut ratum permaneat in futurum predictum scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum anno Domini M° CC° vicesimo nono mens — e — julio. »

[1] *Leync* pour *Leicestrice*, Leycester.

XX.

Ratification et homologation par Gaultier, Évêque de Chartres, des lettres d'Amaury VII, comte de Monfort.

(Février 1230.)

« Galterius diuina permissione Carnotensis ecclesie minister humilis. Vniuersis xpi fidelibus presentem cartam inspecturis salutem in domino. Litteras dilecti nostri Amalrici nobilis comitis Montisfortis vidimus sub hac forma. Nos Amalricus comes Montisfortis et Helyenc. Notum facimus uniuersis quod cum. . . . . etc.

Nos autem predictam compositionem ad petitionem partium approbantes sigillum nostrum in testimonium. presenti carte duximus apponendum. Actum anno Domini M° CC° tricesimo mense februarjo. »

Digitized by Google

XXI.

1388. — Vidimus par le Bailli de Dourdan des lettres de l'évêque de Chartres, qui donne à la maison des Moulineaux, un muid de froment, à prendre annuellement sur la dîme du Perray.

(Septembre 1242.)

« A tous ceulx qui ces lettres verront Jehan Daui bailly de Dourdan salut. Saichent tuit que le mardi xvj^e^ jour de mars. l'an mil ccc. iiij^xx^. et huit Jehan Poncelet clerc tabellion juré le l'escripture dicelluj lieu nous rapporta et tesmoigna qu'il vit tint leut et visita vnes lettres saines et entières de scel et d'escripture scellées du scel de reuerent père en Dieu monseigneur l'euesque de Chartres en cire blanche non cancellées ne vicieuses en aucune manière desquelles la teneur ensuit. Vniuersis presentes litteras inspecturis Albericus diuina miseratione Carnotensis episcopus salutem in domino. Nouerint vniuersi quod cum villa noua de Pereio [1] in Aquilina non esset sita infra fines alicuius parrochie et de mandato nostro ibidem esset ecclesia constructa et ibidem essent noualia ex omnibus terris illius loci nouiter ad agricultu-ram reductis, quorum decime ad disposicionem seu ordinacionem nostram spectabant cum non essent sita infrà certos fines alicuius parrochie nos antequam eam parrochialem staturemus seu limites eius designaremus ordinauimus et statuimus quod fratres de Molinellis ordinis grandimontensis vnum modium bladj videlicet medietatem boni frumenti uel boni aristolli si frumentum ibi non creuerit et aliam medietatem auene in dictis decimis maioribus per manus presbiteri qui in ecclesia ville noue pro tempore fuerit institutus percipient annuatim. si vero tunc temporis presbiter dicte ecclesie jurauerit coram nobis quod contra disposicionem seu ordinacionem predictam per se uel alium non veniet in futurum sed dictis fratribus de dicto blado satisfaciet annuatim prout superius est expressum. In cuius rei memoriam et testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M° CC° XL° secundo mense septembris.

Digitized by Google

« En tesmoing de ce nous à la relacion dudit juré auons fait sceller ces lettres du scel de la chastellenie de Dourdan par Pierre de Somchamp garde dicelluj donné l'an et jour premiers dessus diz. »

Collacion faicte par Poncelet.

Au dos est écrit : Loquitur de demj muy de froment et demj muy d'auoyne à prendre sur la disme de Villenuefue et Perray.

[1] *Villa noua de pereio in aquilina.* — Le Perray en Yveline, commune à 5 kilom. de Rambouillet, fut érigée en paroisse le vendredi après la Toussaint, par Aubry le Cornu, Évêque de Chartres, l'an 1243. Ce village reçoit ici le nom *de Villa noua*, parce qu'il était nouvellement construit dans la partie de la forêt Yveline que l'on *essartoit* (déroquait) depuis plusieurs années. (Voyez, à ce sujet, Souchet, p. 422, 423, liv. 5, ch. 3.)

XXII.

Confirmation par Simon seigneur de Gazeran et Ferry son frère, de la donation que Mainier, leur père, seigneur de Gazeran, avait faite aux Moulineaux, d'un muid de meteil sur son moulin de Gazeran.

(Avril 1244.)

« Ego Simon dominus de Gasarano. Notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis Quod elemosinam illam quam bone memorie quondam pater meus Mainerius dominus de Gasarano[1] dedit et concessit pro redemptione anime sue predecessorum successorum que suorum. Deo et beate Marie et omnibus sanctis et domui Molinellorum Grandimontensis ordinis et fratribus ibidem Deo seruientibus videlicet vnum modium mixture communis in molindino suo[2] de Gasarano annuatim et in perpetuum reddendum in crastino omnium Sanctorum libere pacifice et quiete approbo et confirmo hanc autem elemosinam supra dictam Ferricus frater meus similiter confirmat approbat et laudat In cuius rei testimonium Ego Simon et Ferricus frater meus presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboramus. Actum anno Domini M° CC° XL° IIII° mense APRILIS. »

(Deux lacs de fil blanc sans sceaux.)

[1] *Gasarano.* — Gaseran, commune du canton de Rambouillet avec un vieux château fort.

[2] *Molendino suo.* — Le moulin de l'étang, près de Gazeran.

Digitized by Google

XXIII.

Thomas de Bruyères-le-Châtel, comme seigneur foncier, approuve la vente qu'Adam, seigneur de Gallardon, et Agnès sa femme, avaient faite aux frères des Moulineaux, d'une dîme à Sermaises-lès-Dourdan, tenue en fief de Jean de Marolles et relevant en arrière-fief de la seigneurie de Bruyères-le-Châtel.

(Juin 1244.)

« Ego Thomas de Bruerijs [1] miles. Notum facio vniuersis presentes litteras inspecturis. quod cum Nobilis vir Adam dominus Galardonis [2] et Agnes vxor eiusdem Ade totam decimam tam grossam quam minutam quam ipsi habebant in parrochia de Sarmesijs [3] iuxta Dordanum vendidissent fratribus de Molinellis grandimontensis ordinis pro precio vndecies vigenti librarum Carnotensis monete. Quam scilicet decimam dicti Adam et Agnes uxor sua tenebant in feodum a Johanne de Maerolijs [4] milite : et idem Johannes dictum feodum a me tenebat. Ego Thomas terreius dominus dicti feodi venditionem dicte decime laudo. approbo. et concedo. nichil iuris ratione faodi. seu dominij. uel aliqua alia ratione michi uel heredibus meis in eadem decima retinendo. promittens bona fide quod contra hoc venire nulla tenus attemptabo. Et me et heredes meos ad hoc faciendum specialiter obligo et astringo. In cuius rei testimonium. Ego Thomas terreius dominus dicti feodi. presentes litteras sigilli mei munimine roboraui. Actum anno domini. millesimo. ducentesimo. Quadragesimo. Quarto. Mense Junio. »

Scellé de cire blanche sur lacs de soie verte.

La légende du sceau manque : sur un écu triangulaire lion rampant à droite, traversé d'une bande sur le tout.

Au revers, même écusson avec cette légende autour : SECRETVM CASTELLANI.

Au dos de la charte est écrit : Loquitur de la vendition de la disme de Sermaises pour les Moulineaux.

[1] *Brueriis.* — Bruyères-le-Châtel, arrondissement de Corbeil, canton d'Arpajon, S. et O.

[2] *Galardonis* — Gallardon, petite ville du département d'Eure-et-Loir, canton de Maintenon.

[3] *Sarmesiis.* — Sermaises, arrondissement de Rambouillet, canton nord de Dourdan.

[4] *Maeroliis.* — Marolles, fief de l'ancienne châtellenie d'Épernon. C'est aujourd'hui une ferme dans la commune de Gas.

Digitized by Google

XXIV.

Aubert, seigneur de Clinaumont, confirme la donation faite par son père, d'un muid de blé de rente, et s'engage à payer aux frères des Moulineaux les arrérages de cette rente, sur le revenu de sa terre d'Hermeray.

(Décembre 1246.)

« Vniuersis presentes litteras inspecturis uel audituris. Aubertus de Clinomonte[1] miles salutem. Uniuersitati vestre Notum facio quod Aubertus de Clinomonte miles pater meus dedit et concessit in puram et perpetuam elemosinam deo et beate Marie et fratribus de Molinellis ordinis grandimontensis vnum modium frumenti ad mensuram de Galardo in redditibus suis de Clinomonte singulis annis in festo sancti Remigii percipiendum. Et cum ego de predicto modio frumentj debeam persoluere IIII^or^. sextaria in quolibet anno et in dicta. solutione defecissem usque ad triginta et duo sextaria de tempore transacto assignaui magistrum et fratres dicte domus ad terram meam de Hermereio[2]. Ita quod dicti fratres percipient duos modios frumenti singulis annis de fructibus et prouentibus terre predicte ad menssuram de Galardo a quocunque cultore predicta terra fuerit culta. Vsquequo prenominati magister et fratres perpagati fuerint de triginta et duobus sextarijs predicti frumenti : Et etiam de quatuor sextariis quod eis debeo persoluere singulis annis. Et de dicta assignatione tenenda et bona fide seruanda et garantisanda erga fratres jam dictos fide prestita corporali me astrinxi. et eisdem magistro et fratribus tradidi presentes litteras sigillo meo sigillatas. In huius rei testimonium et munimen. Datum anno domini M° CC° XL° sexto. mense decembris. »

(Scellé de cire brune sur double queue de parchemin. Le sceau, très-fruste et indéchiffrable, paraît avoir porté un écu triangulaire fuselé.)

[1] *Clino Monte.* — Clinaumont, écart de la commune de Mitainville, canton de Rambouillet.

[2] *Hermereio.* — Hermeray, commune du canton de Rambouillet.

Digitized by Google

XXV.

Accord fait devant l'officialité de Chartres, entre le prieur d'Épernon, le maître des Moulineaux et Robert Broutesauge, hôte de la maison d'Arnulphe de la Porte, sise à Épernon : relativement aux immunités auxquelles lui donnait droit sa qualité d'hôte.

(Voir la charte de Simon de Montfort, ch. IX.)

(Juillet 1250.)

« Omnibus presentes litteras inspecturis.. Officialis Curia Carnotensis salutem in domino. Nouerint vniuersi quod Prior de Sparnone ex vna parte et Magister de Molinellis grandimontensis ordinis et Robertus Broutesauge hospes dicti Magistri ex altera in nostra presencia constituti de contentione quam dicebant dicti Prior. Magister et Robertus esse et fuisse inter dictum priorem ex vna parte et dictos magistrum et Robertum ex altera super quibusdam coustumis videlicet de foragio et aliis coustumis quibuscunque quas dictus Prior petebat à dicto Roberto ratione decimi mercati quod ipse prior habet apud Sparnonem. Taudem de bonorum virorum consilio in hanc formam pacis consenserunt videlicet quod dictus Robertus et etiam quicunque fuerit hospes dicti Magistri et fratrum de Molinellis in domo apud Sparnonem dictorum magistri et fratrum commorans que domus vulgaliter nuncupatur domus defuncti Arnulphi de Porta. sita prope magnam domum monialium de Alta Brueria[1] liber erit et immunis in decimo mercato ipsius prioris ab omni genere coustumarum. si in aliquibus coustumis prefato priori prenominati prioratus de Sparnone tenebatur. hoc addito quod dum dictus Robertus uel alius hospes commorans in dicta domo possederit et tenuerit quasdam domos videlicet domum que fuit defuncti Hercul et defuncti Philippi de Seria[2] sitam inter domum cuiusdam femine que vocatur Lacrosse et domum Geumeri quondam maioris de Goulet[3] et etiam domum defuncti Gaufridi Broutesauge sitam inter domum Mauclauel et quamdam domum sitam immediate inter dictam domum dictorum fratrum et domum Petri Tiburci defuncti. et in eisdem domibus de rebus suis propriis. vendiderit seu venditioni exposuerit

Digitized by Google

liber erit a prestatione omnium coustumarum si in aliquibus ratione rerum venditarum eiden priori nomine Prioratus de Sparnone tenebatur. Si vero aliquis alius qui non erit hospes dictorum magistri et fratrum et commorans in predicta domo ipsorum fratrum de Molinellis videlicet in domo defuncti Arnulfi de Porta aliquas res in dictis domibus vendiderit seu venditioni exposuerit et non sint dicti hospitis proprie prefato Priori reddet omnes coustumas secundum quod idem Prior in aliis domibus et ab aliis qui debent dicto Priori coustumas percipere consueuerit. Si vero dictus hospes aliquid de rebus suis in dictis domibus vendiderit, seu venditioni exposuerit. Et erit dubium vtrum res sue sint necne, credetur iuramento dicti hospitis sine alio honere probationis quod quidem iuramentum dictus hospes dicto Priori facere tenebitur, vel eius mandato. quocienscumque dubitauerit dictus Prior de Sparnone infra octo dies postquam super hoc dictus hospes a dicto Priore vel eius mandato fuerit requisitus. Si vero hospes dictorum fratrum futuris temporibus quicunque fuerit in dicta domo defuncti Arnulphi commorans aliquam domum seu domos acquisierit seu quoquo modo eidem euenerint : non obstante dicta compositione soluere tenebitur absque contradictione aliqua dictorum fratrum de Molinellis vel dicti hospitis coustumas quas possidentes dictas domos Priori de Sparnone reddere consueuerant seu debebant. Si vero hospes dictorum fratrum predictas domos vel aliquas earumdem extrà manum suam posuerit possessor earumdem ex tunc predictas coustumas dicto priori soluere tenebitur et si preterea aliquo casu ad ipsum reuerti contigerit idem hospes gaudebit libertate supra dicta quamdiu moram fecerit in dicta domo que dicitur domus defuncti Arnulphi de Porta. In cuius rei testimonium et munimen ad petitionem dictarum partium sigillauimus presentes litteras sigillo Curie Carnotensis. Datum anno domini M°. CC°. Quinquagesimo. Mense. Julio. »

[1] *De Alta Brueria.* — Cette maison des dames de Hautes-Bruyères, existe encore à Épernon; elle sert aujourd'hui de pressoir, et est désignée sous cette dénomination. Le rez-de-chaussée servait autrefois de cellier et se compose de trois nefs voûtées en ogive, soutenues sur d'énormes piliers, le tout construit en grès. La construction paraît remonter à la fin du XIIe ou au commencement du XIIIe siècle.

[2] *Seria.* — Serie, proche Épernon et commune de Saint-Hilarion, S. et O.

[3] *Goulet.* — Le grand Goulet, hameau de la commune de Saint-Hilarion.

Digitized by Google

XXVI.

Guy, seigneur d'Auneau, du consentement de sa femme et de ses enfants, pour le salut de l'âme de sa mère, concède la dîme de Morainville.

(Mars 1257.)

« Vniversis presentes litteras inspecturis. Gvido dominus Alneoli miles salutem in domino. Notum facio. vniuersis quod Ego de assensu et voluntate Leticie vxoris mee Guidonis filii mei et Philippe filie mee donaui et concessi in puram et perpetuam elemosinam. fratribus domus de Molinellis grandimontis ordinis amore dei et diuine pietatis intuitu totam decimam quam ego habeo apud Morinuallem[1] qualemcunque et in quibuscunque existentem ab ipsis fratribus et successoribus eorum qui pro temporibus erunt ex nunc pacifice et quiete et libere tenendam habendam et possidendam in perpetuum pro salute ac remedio anime matris mee defuncte. Promito etiam et obligo me et heredes meos garantizare et defendere in futurum dictis fratribus dictam decimam et fructus et prouentus dicte decime bona fide contra omnes. In cuius rei testimonium et munimen tradidi dictis fratribus presentes litteras sigilli mei munimine roboratas. Datum anno domini millesimo. ducentesimo. Quinquagesimo septimo. mense marcio. »

(Doubles lacs de soie rouge sans sceau.)

Au dos est écrit : Decima de Molinellis — M. de la disme de Morenval.

[1] *Morinuallem.* — Morainville, petit hameau du canton d'Auneau.

Digitized by Google

XXVII.

Ratification par Guy d'Auneau, du testament de son père, qui donne vingt sous chartrains de rente aux frères des Moulineaux ; à la charge de lui dire perpétuellement un annuaire dans leur église.

(Février 1274.)

« Uniuersis presentes litteras inspecturis. Ego Guido dominus de Alneolo miles salutem in domino. Noueritis quod bone memorie Guido quondam dominus Alneoli miles pater meus dedit et legauit in testamento suo seu in vltima voluntate sua religiqsis viris. Correctori et fratribus de Molinellis ordinis Grandimontensis viginti solidos carnotenses annui redditus percipiendos super census suos Alneoli qui debentur in festo sci Remigii annuatim pro anniuersario dicti patris mei in ecclesia de Molinellis annis singulis imposterum faciendo. Quam donacionem dicti patris mei sic factam lando volo approbo et confirmo. Et dictos viginti solidos annui redditus de dictis censibus annis singulis in dicto festo me fideliter redditurum promito. Et ad hoc obligo me et heredes meos et dictos census. In cuius rei testimonium et munimen presentes litteras dedi dictis Correctori et fratribus sigillo meo sigillatas. Datum anno Domini M° CC° LXXmo. quarto. mense februario. »

(Le sceau et le lacs manquent.)

XXVIII.

Échange entre les frères des Moulineaux et le seigneur d'Épernon, de l'hôtel qu'ils avaient dans cette ville et des immunités qui y étaient attachées, contre soixante sous parisis de rente à recevoir sur la prévôté d'Épernon, et un autre hôtel dans ladite ville avec ses immunités.

(Février 1283.)

« Vniuersis presentes litteras inspecturis. Johannes Comes de Albe Marne [r] et dominus Esparnonis miles salutem in domino sempiternam. Notum facimus. quod cum ex dono antecessorum nostrorum concessum

Digitized by Google

fuisset viris religiosis fratribus de Molinellis ordinis Grandimontensis quod haberent vnum Burgensem commorantem apud Esparnonem liberum per totam terram meam de Esparnone, et quod haberent vnam domum liberam in uilla Esparnonis sitam in parrochia sancti Johannis [a] iuxta domum Guillelmii prepositi. et dicti fratres vtendo de dicta libertate haberent Symonem Fauquet commorantem in dicta domo liberum. Tandem dicti fratres prouidentes vtilitati sue et domus de Molinellis dictam domum. libertates eius, et omne jus quod habebant seu habere poterant in dicta domo et burgense predicto ratione libertatis, seu aliqua alia ratione, nobis quitauerunt penitus et expresse pro se et suis successoribus et domo predicta. nichil in predictis Burgense et domo aliqua ratione et modo retinentes. Nos autem dictis fratribus in excambium predictorum damus et concedimus sexaginta solidos parisienses annui redditus percipiendos in prepositura de Esparnone per manum prepositi dicti loci qui pro tempore fuerit a predictis fratribus seu eorum certo mandato in octabis natiuitatis beati Johannis Baptiste. tali conditione apposita. quod si dictus prepositus noster in solutione predicta. in predicto termino defecerit volumus et concedimus quod dicti fratres et eorum certum mandatum percipiant et habeant pro qualibet die quibus predictus prepositus defecerit duos solidos parisienses pro expensis et pena. Item concedimus et confirmamus dictis fratribus in excambium predictorum quamdam domum in uilla de Esparnone que quondam fuit cuiusdam hominis dicti Peu de Cerf. quam volumus et concedimus esse liberam et immunem. in qua pro libito voluntatis ponant et ponere possint dicti fratres seu arberiare vnum hominem quemcumque voluerint de terra nostra uel aliunde perpetuo uel ad tempus. Ita quod perpetuo et successiue habeant vnum hominem in dicta domo commorantem. Volumus etiam et concedimus. quod homo ille qui de voluntate dictorum fratrum de Molinellis in dicta domo de Esparnone moram fecerit prout est superius expressum sit liber et immunis per totam terram meam de Esparnone. ab omni tallia. venda. coruada. exercitu. foragio. chaugeita et tam ab clausura ville quam ab omnibus. aliis exactionibus. consuetudinibus, siue costumis, quamdiu in dicta domo permanebit. Ita tamen quod si mercator fuerit de mercatura sua coustumam soluet in terra nostra sicut alii merca-

Digitized by Google

tores. Promittimus etiam bona fide pro nobis et heredibus nostris. nos contra premissa aliqua tenus non venire set tenemur supra dicta predictis fratribus garantizare. In cuius rei testimonium et munimen dedimus predictis fratribus presentes litteras nostro sigillo sigillatas. Datum anno domini millesimo. ducentesimo. octogesimo. tertio. mense februario. »

(Double lacs de bourre de soie violette sans sceau.)

[1] *Albe Marne.* — Aumale.

[2] *Sancti Johannis.* — La paroisse Saint-Jean, l'une des trois qui existaient à Épernon, avait son église près du cimetière actuel.

XXIX.

Vidimus des lettres précédentes fait bailliage de Dourdan.

(Février 1365.)

« A tous ceuls qui ces présentes lettres verront. Guillaume Langlois bailli de Dourdan salut. Saichent tuit que le soir du darrenier jour de feurier lan de grace mil trois cens soissante cinq a nous rapporta Raoulet Leserpier tabellion juré de l'escripture de ce leu, lui auoir leu veu et tenu vnes lettres saines et entières de seel et d'escripture scellées en cire vert pendant en ruban de fil contenant mot à mot la fourme qui enssuit.

Uniuersis... Johannes comes de Albe Marne..... etc. En tesmoing de laquelle..... nous à la relacion dudit juré auons fait seeller les présentes lettres du seel de la chastellenie de Dourdan en signe de vidimus. Donné l'an et le jour premiers diz.

Collacion faite.

R. Leserpier.

Digitized by Google

XXX.

Acte capitulaire des religieux de Grandmont concernant l'envoi et l'entretien à Paris de douze frères profès pour l'étude de la théologie et des sciences préparatoires.

(1326. indict. IX.)

« In nomine domini Amen. Notum sit omnibus presens publicum Instructum uisuris, quod Religiosi uiri fratres Petrus de Vicenis [1] Johannes Lachieza de Bosco Raerij [2], Petrus de Mota de Podio Caprarij [3], Jordanus de Francorio [4], Petrus Lachieza de Machereto [5], P. de Manso, de sancto Michaele [6], Martinus Judicis de Rauello [7], diffinitores presentis Capituli generalis, dicti ordinis, in presentia mei notarij publici et testium subsignatorum, ac venerabilis et religiosi uiri, domini Guillelmi abbatis Monasterii Grandimontis [8], diffiniuerunt et statuerunt, in scriptis ut sequitur. Cum Reuerendus pater in xpo dominus abbas Grandimontis nos diffinitores presentis Capituli generalis instanter requisierit, ut una cum ipso talliam vniuersis prioribus nostri ordinis imponamus, ad prouidendum duodecim fratribus professis mictendis ad studia litterarum prout in refformatione nostri ordinis continetur facta per dominum nostrum papam, que talis est. Porro considerantes attente fructus felices et utilitates, quos tanquam dona celestia producunt studia litterarum et quanta bona ex doctrina fidelium scientiarum fecunditate pollicentium publica proueniunt, et priuata, districte precipimus, quod abbas et diffinitores predicti duodecim fratres eiusdem ordinis professos quos dociles nouerint, teneantur et debeant mictere ad studia litterarum. Et eis huiusmodi studiis insistentibus in alimentis et aliis necessitatibus, de bonis dicti ordinis prouidere. Idcirco nos ipsius requestis ut decet obsequi cupientes, communi tamen utilitate statu negotiis et oneribus nostri ordinis diligenter, attentis, super hoc habito cum maiori parte priorum, diligenti consilio et tractatu ipso etiam domino abbate uocato, super predictis, ordinamus in hunc modum. videlicet, quod in principio studiorum quod erit anno domini M°. CCC°.

Digitized by Google

vicesimo septimo, duodecim fratres nostri ordinis professi ad hoc habiles mictantur Parisius theologiam principaliter audituri uel alias sciencias preparatiuas ad eam in eodem hospitio simul mansuri, quorum cuilibet, anno quolibet de viginti libris Parisiensibus prouidebitur prout inferius continetur pro omnibus necessitatibus suis. Et ibidem ad minus per septempnium morabuntur, nisi culpis suis exigentibus uel causis aliis reuocentur, qui assumentur de locis inferius annotatis. Videlicet duo de abbatia Grandimontis, et de prioratibus de Bosco Raerij de Rothomago [9], et de Burceio [10] vnus. Et de prioratibus de Rerayo [11], de Vicenis, de Maynello [12] et de Loya [13] vnus. Et de prioratibus de Bollonia [14] et de Quercu Gualonis [15] de Monte Guidonis [16] et de Diua [17] vnus. Et de prioratibus de Mones [18] de Bandolia [19] de Pomero acri [20] et de Podio Caprarij vnus. Et de prioratibus de Bosco Alone [21] de Sarmeziis [22] de Valolhia [23] et de Quarta [24] vnus. Et de prioratibus de Jarrico [25] de Ravello de Casteneto [26] et de Fagia Jumiliaci [27] vnus. Et de prioratibus de Guarigia [28] de Deffenso [29] de Francorio et de Pinellis [30] vnus. Et de prioratibus de Monte [31] Erbedonis de sancto Michaele de Viaya [32] et de Chauano [33] vnus. Et de prioratibus de Vileriis [34] et de Bolonia [35] de Castro [36] nouo et de Fagia [37] Niuernensis vnus. Et de prioratibus de Espeychia [38] de sancto Mauricio [39] de Dymone [40] et de Macheretto vnus, qui omnes adducentur ad primum subsequens capitulum generale ut videantur, et mictantur ad studia per dominum abbatem et diffinitores prout in ipsa refformatione continetur. Et quia conueniens est ut ille prior de cuius conuentu predictus frater mictendus assumetur plus aliis in ipsius expensis contribuat, considerantes que apud eum expenderet si in conuentum maneret, et idcirco equitate pensata disponimus et ordinamus, quod ille prior de cuius conuentu, predictus frater assumetur quindecim libras turonenses soluat de prouidentia seu prouisione pro ipso fratre superius nominato, ac reliqui priores sibi associati ut predicitur soluant residuum distribuendum corporibus secundum que cuiuslibet ipsorum prioratuum competunt facultates, quinquaginta uero libre turonenses taxate pro duobus fratribus mictendis de abbacia Grandimontis imponentur per dominum abbatem et diffinitores futuri Capituli generalis vniuersis prioribus ordinis distribuende prout eisdem videbitur faciendum. Qua ordinatione predic-

Digitized by Google

torum diffinitorum audita dictus abbas dixit ut sequitur. Nos abbas ordinis Grandimontensis contenti non existentes, ex eo quod per cameram nostre pensionis et priuilegio dicti domini Johannis non est satisfactum, set potius potestati nobis et diffinitoribus futurorum Capitulorum generalium pertineat duodecim fratres predictos professos eligere, et an sint dociles examinare, et electos ac examinatos ad studia mictere, et eis studiis insistentibus in almentis et aliis necessariis de bonis prioratuum nostri predicti ordinis in dicto subsidio per dictum ordinem a nobis uel cum duabus partibus diffinitorum ipsorum exigendo prouidere cuius subsidij indictio et exactio libera et a sede apostolica nobis et predictis diffinitoribus futurorum Capitulorum generalium data, ex ordinatione supra dicta diffinitorum presenti generalis Capituli euidentur impeditur, et equitas exigendi subsidium predictum facultates prioratuum pro alimentis et aliis necessariis predictorum duodecim studentium eneruatur. Diffinitores uero incontinenti responderunt ut sequitur, quod salua reuerentia dicti domini abbatis ordinationi predicte apostolice supra studentibus antedictum est per ordinationem istam, prout patere potest cuilibet statutum apostolicum et ordinationem istam, diligenter, intuenti, dicto domino abbati contrarium asserente ut supra. Acta sunt hec in Grandimonte in camera diffinitionis, die sexta mensis maij. Anno domini M° CCC° XXVJ. Indict. nona pontificatus domini Johannis pape XXIJ. Anno decimo, presentibus... (*sic*).

† « Et ego Johannes de Curte Junior clericus Lemouicensis publicus auctoritate apostolica notarius, premissis una cum dictis testibus interfui, ea que scripsi iu publicam signo que meo solito signaui rogatus. »

[1] *Vicenis.* — Vincennes, près Paris.

[2] *Bosco Raerij.* — Bois Rayer, au diocèse de Tours.

[3] *Podio Caprarij.* — Puychevrier, au diocèse de Poitiers.

[4] *Francorio.* — Francuir ou Francour, au diocèse de Cahors.

[5] *Macheretto.* — Macheret, au diocèse de Troyes.

[6] *Sancto Michaele.* — Saint-Michel, au diocèse de. . . ?

[7] *Rauello.* — Raveau, au diocèse d'Angoulême.

[8] *Grandimontis.* — L'abbaye de Grandmont, chef d'ordre, au diocèse de Limoges.

[9] *Rothomago.* — De Rouen ou Du Parc, dans le faubourg de Saint-Séver à Rouen, diocèse de Lizieux.

[10] *Burceio.* — Berçay, au diocèse du Mans.

[11] *Rerayo.* — Raroy ou Rezay, au diocèse de Meaux.

Digitized by Google

[12] *Maynello.* — Menell, au diocèse de Beauvais.

[13] *Loya.* — Louye, au diocèse de Chartres. La maison des Moulineaux dépendait de Louye.

[14] *Bollonia.* — Boulogne, au diocèse de Blois, est très-probablement mis pour *Belleria*, Bellerie, au diocèse de Seez, car Boulogne se trouve répété plus bas.

[15] *Quercu Gualonis.* — Chêne Galon, au diocèse de Seez.

[16] *Monte Guidonis.* — Montguion, au diocèse du Mans.

[17] *Diva.* — Dives, au diocèse de Poitiers.

[18] *Mones.* — Monnais, au diocèse d'Angers.

[19] *Bandolia.* — Bandouille, au diocèse de la Rochelle.

[20] *Pomero acrj.* — Pommier-aigre ou Grandmont, près de Chinon, au diocèse de Tours.

[21] *Bosco-Alone.* — Bois d'Alone, au diocèse de Poitiers.

[22] *Sarmeziis.* — Sermaises, au diocèse de Saintes.

[23] *Valolhia.* — La Vayolle, au diocèse de Poitiers.

[24] *Quarta.* — La Carte, au diocèse de Poitiers.

[25] *Jarrici.* — Jarric, au diocèse de Saintes.

[26] *Casteneto.* — Chatenet, au diocèse de Limoges.

[27] *Fagia.* — La Faye de Jumillac, au diocèse de Périgueux.

[28] *Guarigia.* — Garrige, au diocèse d'Agen.

[29] *Deffenso.* — Deffends au diocèse d'Agen.

[30] *Pinellis.* — Pinelly. au diocèse de Toulouse.

[31] *Monte Erbedonis.* — Montelhedon, Monbedon ou Monterée, au diocèse de Montpellier.

[32] *Viaya.* — Viaye, au diocèse du Puy.

[33] *Chauano.* — Chavanon, au diocèse de Clermont (Auvergne).

[34] *Vileriis.* — Villers, au diocèse de Tours.

[35] *Bolonia.* — Bologne, au diocèse de Blois.

[36] *Castro nouo.* — Château-Neuf, au diocèse de Bourges.

[37] *Faga niversensis.* — La Faye de Nevers, au même diocèse.

[38] *Espechia.* — Époisse, au diocèse de Châlons.

[39] *Sancto Mauricio.* — Saint-Maurice au diocèse de .....?

[40] *Dymone.* — Dimon, au diocèse de Sens.

XXXI.

Reconnaissance par Guyot de Voise qu'il doit au prieur de Louye, à cause de l'hôtel des Moulineaux, un muid de blé et un muid d'avoine de rente.

(3 octobre 1364.)

« Donné par copie souz le scel de la chastellenie dAuneel [1]. le tiers jour de octembre. lan mil trois cens soixante et quatre en la manière qui en suit. A tous ceuls qui verront les presentes lettres. Denis Preuosteau bailli dAuneel salut. Saichent tuit que pardeuant feu Yuon Lefèure jadis tabellion juré de la chastellenie dicelui lieu vint et fut

Digitized by Google

présent en sa propre personne. Guyot de Voise escuier. si come. Symon Macé cler a present tabellion juré la veue estre contenu es registre dudit feu Yuon faiz passez et accordez pardeuant lui le juedj secont jour décembre lan mil trois cens soixante et ung. lequel Guyot cognut et confessa lui deuoir et estre loyalement tenu. A religieuse personne et honeste. messire le prieur de Louye à cause de lostel de Moulinsneaux. C'est assauoir en la somme de vn muy de blé bon et conuenable et de vn muy d'aueine en laquelle somme les prédécesseurs dudit escuier estoient tenus par chacun an de rente annuelle et perpétuelle audit prieur à cause dudit hostel des Moulineaux des quiex deux (sic) de grains de rente dessus diz le dit escuier fist sa propre debte et sen tint pour bien paie content et agree entierement si comme il disoit. Et partant ledit prieur quitta ledit escuier de touz seiz arreraiges non paiez de ladite rente de tout le temps passé jusques aujourduy dessus dit et deuisé. les quiex deux muys de grain dessus diz, ledit escuier gaigia et promist par la foy de son corps baillée corporellement en la main dudit feu tabellion juré rendre et paier à la mesure acoustumé audit prieur a la cause dessus dite ou a son certain commandement portant ces lettres sanz autre priere querre ne demander par chacun an de rente annuelle et perpétuelle des orez en auant à touziours mès au terme et feste de la sainct Remy sanz nul autre terme respit ne dilaament attandre .....* en faire denonciation et auecques ce promist ledit escuier rendre et paier tous cous .... journées ..... et deppens..... etc. Donné ce sing de ce sous le scel de la chastellenie d'Auneel lan de grace mil ccc. LXIV le samedj VIe jour du moys dauril. »

« Colacion faicte par moy. Macé. »

[1] *Aunéel.* — Auneau, nommé ailleurs *Alneolus.*

* Les points indiquent les mots qui manquent dans l'original, qui est en fort mauvais état et lacéré en plusieurs endroits. Nous n'avons pas cru devoir reproduire la formule finale indiquée par, *etc.*

Digitized by Google

XXXII.

Mandement de Jean VI, duc de Bretagne et comte de Montfort à ses officiers, de payer au prieur des Moulineaux, sept livres seize sous de rente que ledit prieur a droit de prendre sur le revenu du comté de Montfort.

(9 juin 1429.)

« Jehan par la grâce de dieu duc de Bretaigne Conte de Montfort et de Richemond A Nos receueur present et aduenir de nostre conté de Montfort salut. A la partie de nostre bien amé religieux frère Pierres Galle Bachelier fourmé en théòlogie prieur du prieuré de Nostre Dame des Moulineaux de lordre de Grantmond ou diocèse de Chartres en nostre dite conté Nous a esté en suppliant exposé que combien à cause dudit prieuré et de la fondacion et ancienne dotacion dicelui lui soit deu par chacun an entre autres deniers la somme de sept liures seize soulz parisis de rente annuelle sur les rentes et reuenus de la preuosté de ladite Conté de laquelle rente ledit prieur et ses prédécesseurs ont tousiours jouy et vsé paisiblement et sans interruption dempuis ladite fondacion et queque soit par tant de temps qu'il n'est mémoire du Contraire jusques au temps de l'an mil IIIJ^{c} dix neuf dempuis lequel pour les guerres et impréuues hostilités qui ont regné et regnent en celles parties na peu ledit prieur auoir aucun paiement de ladite rente excepté de la somme de quatre liures cinq solz parisis ou grant préiudice detriment ou diminucion des rentes dudit prieuré et à la charge de nostre conscience Nous suppliant que nous pleust sur ce lui procurer de nostre gracieux et conuenable remède Pour ce est-il que nous désirans garder et maintenir à nostre pouuoir et augmenter et accroistre les anciennes fondacions et dotacions des églises de noz terres et seigneuries et que ledit prieuré est la plus ancienne église de nostre fondacion en ladite Conté vous Mandons et commandons que vous paiez et contentez ledit prieur de ladite somme de VII liures XVI s. parisis et des arrérages du temps passé jusques aujourduy et pour le temps aduenir continuer ladite rente sans aucune diminucion et auecques ce le

Digitized by Google

faictes souffrez et laissez jouir de toutes les rentes reuenus hommages deuoirs quels conques dont il nous apparestra par anciennes lettres et chartres ou autrement de ce que est deu audit prieur Et gardez que en ce nayt faulte Car ainsi nous plaist Et raportant ces présentes coppie ou vidimus d'icelles auecques relacion den auoir joy ce vous vauldra acquit et descharge enuers nous et vous sera alloe et mis en clere déduccion en la chambre de nos comptes par nos amez et feaulx conseillers les gens d'icelle ausquels mandons et commandons ainsi le faire sans aucune difficulté Non obstant quelsconques lettres mandements ou deffense ad ce contraires. Donné en nostre ville de Guerrande le IXe jour de juign. lan mil IIIj vingt et neuff. »

Par le duc.

« Par le duc de son commandement vous labbé de Beaulieu les senechaux de Rennes et de Guerrande Jehan de Musillec le procureur general et plusieurs autres présents. »

C. Bourget.

(Fragment de sceau plaqué de cire rouge, représentant le duc, debout, l'épée en main.)

XXXIII.

Lettres de provision à frère Pierre Galle, religieux du prieuré de Notre-Dame des Moulineaux, pour l'administration du prieuré de Louye.

(20 janvier 1430.)

« A tous ceulx qui ces presentes lettres verront, Simon Morhier chevalier seigneur de Villiers conseiller du Roy nostre sire et garde de la preuosté de Paris Commissaire de par le Roy nostre sire en ceste partie salut Sauoir faisons que veues les lettres du Roy nostre sire à nous adretans desquelles la teneur sensuit. Henry par la grace de dieu Roi de France et dAngleterre A nostre amé et féal conseiller leuesque de Beauuais et au preuost de Paris ou a son lieutenant salut et dillection Comme le prieuré de Loye de lordre de Grantmont lez Dordan soit de présent en ruyne et desolacion par l'absence de frère Michiel Pourat

Digitized by Google

prieur dudit prieuré lequel prieur est demouré ès pays à nous contraires comme len dit et par ce soit besoing Et nécessité de commectre au gouuernement dudit prieuré des religieux rentes reuenues et heritaiges dicellui, Personne bonne et souffisante qui saiche administrer et gouuerner ledit prieuré lesdits religieux rentes reuenues et ediffices d'icellui Sauoir vous faisons que, oye la bonne relacion qui faicte nous a esté de la personne de frère Pierre Galle religieux et profèz dudit prieuré baichelier en théologie à Paris et prieur de Molineaulx menbre dicellui prieuré Nous ou cas dessus dit qui sommes protecteur et gardien des églises de nostre royaume de France Auons commis et commettons par ces présentes ledit frère Pierre Galle au gouuernement et administracion dicellui prieuré des rentes et reuenues dicellui, Et lui auons donné et donnons pouoir de gouuerner et administrer ledit prieuré les religieux et autres reuenues dessus dits jusques à ce que autrement en soit ordonné, Pourueu que de ladite administracion il rendera bon et loyal compte quant il en sera requis et ou il appartiendra desduis les despens et viures raisonnables de lui et desdits religieux dudit prieuré et le résidu des rentes et reuenues dicellui prieuré sera conuerty tant en reparacions nécessaires des édifces dudit prieuré, que façons de vigne et labouraiges des terres appartenant à ycellui. Et vous mandons et à chacun de vous que ledit frère Pierre vous faictes souffrez et laissiez joyr et vser de ceste presente commission et octroy en le faisant estre obey de touz ceulx qu'il appartiendra sans lui donner ou souffrir estre fait ou donné aucun empeschement au contraire. Donné à Paris le xxe jour de nouembre lan de grace mil cccc' et trente et de nostre regne le ixe. Ainsi signé par le Roy à la relacion du conseil. E. Serreboilt. — Et informez souffisamment de la ruyne et désolacion du prieuré de Loye de lordre de Grantmont lez Dordan par labsence de frère Michiel Pourat prieur dudit prieuré et par le fait des guerres et autrement Nous en suiuant lesdites lettres royaulx et par vertu dicelles auons dabondant commiz et commectons par ces présentes religieuse et discrète personne frère Pierre Galle religieux et profès dudit prieuré baichelier en théologie à Paris et prieur de Molineaulx menbre dicellui prieuré au gouuernement et administracion dudit prieuré et des fruiz prouffiz rentes et reuenues dicellui Et aussi pour gouuerner et

Digitized by Google

administrer ledit prieuré et les religieux et autres reuenues dessus dites jusques à ce que autrement en soit ordonné, pourueu que de ladite administracion il rende bon et loyal compte et reliqua quant et à qui il appartiendra desduis les despens et viures raisonnables de lui desdits religieux dudit prieuré. Et le résidu des rentes et reuenues dudit prieuré de Loye sera conuerti tant ès reparacions nécessaires des édifices dicellui prieuré come façons de vignes et labouraige des terres appartenant à icellui selon la forme et teneur desdites lettres royaulx. Si donnons en mandement de par le Roy nostre sire et nous et à tous à qui il appartient que de ceste présente commission et desdites lettres royaulx facent souffrent et laissent ledit commis joyr et vser et à lui obéyr sur ce de tous qu'il appartiendra sans lui faire ou souffrir estre fait aucun destourbier ou empeschement au contraire. En tesmoing de ce nous auons fait mettre à ces lettres le seel de la preuosté de Paris. Ce fu fait en jugement ou Chastelet de Paris le samedj vintiesme jour de januier lan de grace mil cccc et trente. »

DARS.

« Collacion faite des lettres royaulx dessus incorporés. »

Au dos est écrit :

« Lettres de prouision pour frère Pierre Galle bachelier en théologie du prieuré des Mollineaulx donnéez par Henry Roi de France et dAngleterre du vingt januier mil IIIJ^{c} x.x.x. »

XXXIV.

Acte capitulaire des religieux de Louye, conférant l'administration des Moulineaux à frère Lubin Papillon.

(11 mai 1452.)

« Nos frater Johannes Guilloneau humilis prior prioratus de Loya Carnotensis diocesis Grandimontis ordinis totus que eiusdem loci deo deuotus conuentus. Notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis et audituris. Quod nos prout moris est ad sonum campane in capitulo nostro simul congregati capitulantes capitulumque ibidem fa-

Digitized by Google

cientes. Videntes et inspicientes vtilitatem et commodum domus nostre de Molinellis inspicientes etiam industriam probitatem et sagacitatem dilectj nostrj in xpo filij fratris Leobinj Papillon conuentus nostrj predicti prioratus merita et alia bona opera que erga nostrum predictum ordinem gessit. Cupientes et considerantes dicte domuj nostre de remedio opportuno prouidere. Nos dictus prior cum consensu nostrj conuentus et etiam tractatu inter nos habito de premissis considerata utilitate domus nostre predicte melius eidem domuj prouidere non possumus quam persona ipsius fratris Leobinj Papillon. Jdcirco dictam domum de Molinellis cum omnibus iuribus redditibus censibus obuentionibus nemoribus stannis pratis pascuis terris cultis et incultis et cum omnibus juribus et pertinentis dicte domus vniuersis et cum onere et honore commodo et augmento. Predicto fratri Leobino presentj volentj requirentj recipientj damus concedimus et conferimus ac etiam in beneficium personale assignamus. Et nichilominus de eadem per traditionem vnius librj personaliter inuestimus dictum fratrem Leobinum quamdiu duxerit in humanis. Retinentes nobis et successoribus nostris qui pro tempore fuerint quinquaginta libras turonenses bonj aurj et bonj ponderis et per nostrum fratrem Leobinum nobis et successoribus nostris anno quolibet in festo Pasche persoluendas. Et retinentes etiam per nos visitacionem nostram annualem nobis aut successoribus nostris prout in dicto ordine est fieri consuetum. Et predictus frater Leobinus tenebitur onera incumbentia presentia et futura domuj predicte suportare et edifficia quantum poterit reparare. Dantes et concedentes dicto fratrj Leobino tanquam vero administratorj perpetuo dicte domus nostre de Molinellis plenariam potestatem et speciale mandatum quecunque bona dicte domus cum suis juribus et pertinentiis quibuscunque personis in iudicio et extra petendj leuandj exigendj et de leuatis et receptis litteras quictas sub sigillo suo vel autentico dandj et in iudicio si sit opus standj et quecunque omnia alia faciendj que perpetuus et verus administrator facere potest et debet. Retento tamen quod predictus frater Leobinus non debebit nec tenebitur accipere de nemore reseruato nec de nemoribus antiquis siue gardis nisi tantum ad reparacionem dictj locj nec de aliis nemoribus nisi per tallias consuetas et tempore debito. Ratum et gratum perpetuo

Digitized by Google

habitum pro nobis et successoribus nostris quicquid per dictum fratrem Leobinum administratorem perpetuum dicte nostre domus de Molinelis actum protinus fuerit de premissis siue gestum. Promittentes Nos prefatus prior et conuentus bona fide nostra et in verbo religionis huiusmodi prouisionem collacionem donacionem habere ratam gratam et firmam et contra eam non venire per nos nec per alium quoquo modo tacite aut expresse. In cuius rei testimonium Nos prefati prior et conuentus sigillum nostrum autenticum quo in talibus vtimur duximus apponendum. Supplicantes reuerendo in xpo Patrj et Domino Dei et sancte sedis apostolice gratia abbati Montisgrandis et diffinitoribus sui capituli generalis quatenus eidem premissa placeat confirmare suaque auctoritate muniri. Actum et datum in dicto nostro capitulo vndecima die mensis maij anno Dominj millesimo (sic) quinquagesimo II°. »

XXXV.

Acte capitulaire des religieux de Louye, qui confère l'administration des Moulineaux à frère Pierre Roland.

(1470.)

« Nos frater Johannes Guillonellj humilis prior prioratus de Loya. . . . . inspicientes etiam industriam probitatem et sagacitatem dilecti nostri in Christo filij Petri Rolandj conuentus de Pomerio acrj dyocesis Turonensis, merita et alia bona opera. . . . . Retentis nobis et successoribus nostris qui pro tempore fuerint decem libris Parisis boni auri et boni ponderis. . . . . Supplicantes Reuerendo in xpo patri et domino. Domino Guillelmo dei et sancte sedis apostolice gratia abbati Montis Grandis et diffinitoribus sui capituli generalis quatenus eidem Petro premissa placeat confirmare sua que auctoritate communiri. Actum et datum in capitulo nostro predicto, die Veneris festiua beatj Urbanj pape anno Domini millesimo cccc° sexagesimo decimo.

(Voir la pièce précédente.)

Digitized by Google

XXXVI.

Don fait par Jehan Gambart et sa femme à Nicolas Ledoy, prêtre de l'ordre de Grandmont, administrateur des Moulineaux, des arrérages de deux rentes annuelles et perpétuelles.

(28 août 1478.)

« A tous ceulx quj ces présentes lettres verront ou orront Jehan Cuisac escuyer garde des seaulx de la chastellenie de Nogent le Roy[1] salut sauoir faisons que pardeuant Pierre Gellain clerc tabellion juré en la ville et chastellenie dudit Nogent vindrent et furent présens en leurs personnes Jehan Gambart cordier et Marguerite sa femme demeurans audit Nogent. Les quelx et mesmement ladite Marguerite a lauctorité pouoir congé et licence dudit Jehan Gambart son dit mary de leur bon gré propre mouuement pures franches et libéralles voulemtés sans aucune contraincte congneurent et confessèrent cognoissent et confessent par ces présentes auoir donné baillé cédé délaisé et du tout en tout transporté dès maintenant a tousiours mès et par don inréuocable fait entre vifz : a Religieux et honneste personne frère Nicolle Ledoy prebstre religieux de lordre de Grantdemont appelé lordre des bons hommes, maistre et administrateur de la maison et prieuré des Moulineaux menbre deppendant de la prieuré de Loye pour luy ses succesſeurs et aians cause ou temps aduenir. Cest assauoir, les arrérages de tout le temps passé jusques à huy datte de ces présentes tant de ving soulz tournois de rente annuelle et perpétuelle que jceulx mariés disent auoir droit de prendre cuillir et recepuoir par chacun an à deux termes cest assauoir saint Remy et Pasques par moitié sur ung nommé Guillaume Brahier comme détempteur des héritaiges de deffunct Guillemin Houel en son uiuant demeurant en la paroisse Saint Aubin[2] jouxte Vielz Euureux[3]. Que de quarente cinq soulz tournois de rente annuelle et perpétuelle que iceulx mariés disent paraillement auoir droit de prendre et recepuoir par chacun an à deux termes, par moitié, cest assavoir sainct Jehan Baptiste et Nouel sur Jehan Destoy détempteur des héritaiges de feu Jehan Houel en son viuant demeurant en la

Digitized by Google

paroisse de Nostre Dame de la Ronde dÉureux aueques tous droiz causes noms raisons poursuictes demandes et actions quelconques comme ausdits mariés à cause desdits arréraiges en pourroit compecter et appartenir et pour tout ce requerre poursuir pourchasser demander prendre auoir et recepuoir iceulx Jehan Gambart et ladite Marguerite font constituent et establissent ledit frère Nicolle Ledoy leur procureur comme en leur propre chef. Ce présent don fait pour et affin destre et demeurer ès prières et oraisons qui seront doresenauant faictes en ladite maison et prieuré des Molineaulx et pour les bons et agréables seruices que leur a fait le temps passé ledit frère Nicolle et espèrent que encores leur face de myeulx en myeulx ou temps aduenir. Promectant lesdits donateurs par les foy et serment de leurs corps que ils contre le don bail et transport dessusdits jamais nyront ne viendront..... Donné soubz les seaulx dessusdits le vendredj ving huitiesme jour daoust lan mil cccc' soixante et dix-huit. »

GELLAIN.

[1] *Nogent-le-Roy.* — Chef-lieu de canton de l'arrondissement de Dreux.

[2] *Saint-Aubin.* — Département de l'Eure, arrondissement et canton d'Évreux.

[3] *Vielz Euureux.* — Le Viel Évreux.

XXXVII.

Excommunication de Nicolas Ledroy, prieur des Moulineaux.

(12 décembre 1480.)

« ROBERTUS TULLEU decretorum doctor ecclesie collegiate sanctj Honorati Parisiensis cantor Parisiis quomodo vices gerens reuerendj in xpo patris et dominj dominj Beluacensis [1] episcopi judicis et conseruatoris vnacum quibusdam aliis suis collegis cum illa clausula quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios et cetera. Priuilegiorum vniuersis magistris doctoribus et scolaribus Parisiis studentibus a sancta sede apostolica indultorum ab eadem sede specialiter deputati Omnibus presbiteris vicariis curatis et non curatis ceterisque ecclesiarum rectoribus ac tabellionibus publicis et aliis notariis vbi-

Digitized by Google

